



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

30. Dies Janvarii. Displicet in pulchro corpore non solùm morbus, sed
nævus. S. Bernard. Epist. 249.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

80

Christiani Militis

Januar,

& Patrem servavit. Occine tibi centies per horam, sexcenties per diem, CAVE. Stes licet in ipso Sancti tatis fastigio, cave; proximus es præcipitio. Sis præditus tantâ gratiâ, quantâ qui summâ Joannes Baptista, cave; homo es, ceciderant multi virtute summi, potes cadere. Cum dormis, cum vigilas, cum oras, cum legis, cum prandes, cum cœnas, cum ambulas, cum quiescis, omni loco, omni tempore, pav & cave, quia ubique tenebræ, foveæ, insidiæ, certamina, pericula. Vanus est omnis metus, nisi illus metuas, quem metuunt omnes, & omnia: Siquidem

Sepè facit metui non metuenda metus.

30. DIES JANVARII.

Displacet in pulchro corpore non solùn morbus, sed nævus. *S. Bernard.* Epis.

249.

I. **T**imor Dei castus reddit hominem non solum cautum, ut sit sine morbo, sed etiam castum sine nævo. Docet enim minister delicta, quæ ob facilitatem obtinenduntur, veniae, vocantur venialia, maximi facienda. Hæc minima ut maximè timeas, illa quæ sequuntur, expensas. Non potest nec lingua hominis exprimere, ne catamen Angeli concipere mala, quæ gignit in animi valle, minimus animi nævus. Hoc enim tantillum malum judeca verbum otiosum ex negligentia prolatum, magis potest malum omnibus malis naturæ. Sicut si alterutrum nitidetur eligendum, expediret potius in corpore paludum omnes omnium hominum morbos, membrorum

mutu

mutilationes, vultuum deformitates, monstrorum turpitudines, in anima verò, & corpore, satius esset pati totā æternitate omnia, & hominum, & dœmonum tormenta, quam semel proferre unicum verbum otiosum; & sic levissimā culpā Deum offendere. Hinc illud certum est, longè præstare, ut patefactis inferorum repagulis Lucifer ipse, & cum eo dœmones omnes corpus insideant, & conspirantibus omnibus viribus illud atrocissimè, in singulis membris, artubus, ossibus, articulis, arteriis, venis crucient, & in te solum omnem quam possunt rabiem, furem, ferociam, effundant, quām ut momento unico persistas in peccato, quod fingi potest minimo.

II. Adhucne vile tibi est peccatum veniale? Plura sequuntur. Expende, quām sit factū difficile, minimum peccati nævum ex animo tollere. (a) Ut ille tollatur, non sufficiunt omnium Sanctorum, qui sunt, fuerunt, esse possunt, merita per se sola sumpta. Hoc ut penetres, propone hic tibi tam multa, & copiosa Sanctorum merita, adde omnium Angelorum, imò, quod his omnibus majus est, ipsa quoque merita B. Virginis, omnesque tam raros, & heroicos virtutum, quos exercuerunt actus: similiter & tot Martyrum sanguinem, hæc omnia in unum congregata cumuluin, non possunt cluere vel tenuissimam pec-
e, nati minimi labem, quā afflata est anima, nisi accedat animi valor sanguinis, quem Christus pro nobis effudit, e-
natus jusque merita. O quantum est illud malum, cùm
majus potius debeam illud eligere vitare semel, quām infi-
nitatis mori, quām cœlum & terram redigi in nihi-
tore palum, quām damnari totum genus humanum. Si

F

B.

(a) *Lancianus, i. de Recol. Octid. Medit. 12. p. 497.*

B. Virginis lachrymanti ad pedem crucis , & deslenti
eius cruciatus & mortem , daretur optio , an velle
Filiū suum eximi istis cruciatibus , & videre statim
immensa cum gloria considentem à Dextera Patris,
simulque salvari infinitos homines , aut assentiri in-
num peccatum veniale , potius illud fugeret , malleo-
que videre Filium suum sine sua culpa millies cruci-
figi , & mortem quam passus est , pati , quam tali , li-
cet minimâ labe inquinari .

III. Non justè dicitur leve , quo nullum in Na-
tura est gravius : nec prudenter asseres parvum , quod
solum suprà se habeat aliud magnum . Non igitur
est parvum peccatum veniale , quod suprà se solum
habeat aliud majus , id est peccatum mortale ; im-
proinde magnum censendum est , quia suprà se non
habet , nisi unum malum , quod sit majus . Ingens
malum est , quod uno tantum malo est minus : ingens
malum , quod cæteris cunctis malis est majus , oppre-
briis , injuriis , morbis , tormentis , morte , & ipso tartu-
ro . Ingens malum est , qno majus , aut æquale , Dei
ipse tibi immittere nequit , licet omnes damnato-
rum , & hominum , & dæmonum pœnas accumule-
ret . Non est parvum malum , quod disponit ad me-
lum malorum maximum , & pessimum , peccatum
mortale . Annè parva violentia esset , quæ saxum mo-
lare è cœlo toto impetu cadens in aëre suspenderet
ne ad centrum suum devolveretur ? Unum pecca-
tum veniale detinet Dei misericordiam , quæ major
desiderio fertur ad nobis benefaciendum , quam si
xum molare impetu devolvatur deorsum , & illarum
quasi suspendit , ne Anima jam soluta corpore con-
tingat centrum suum Deum , sed ad purgatorium
summi

uar,
flenti
vellet
statim
Patriis,
i in u-
nalle-
cruci-
ali, li-
n Na-
quod
igitur
solum
; imo
se no-
Ingen-
ingen-
oppre-
o tatu-
Deu-
nnato
cum
ad mi-
ccatum
m mo-
deret
pecca-
majou-
uam la-
& illas
re con-
toriu-
summa

Januar.

Tessera.

83

summā vi præcipitat, ut labem eluat. In altero se-
culo minima culpa punietur gravius, quam hic ma-
xima, quæ singi potest, pœna. Cave igitur, enim verò
Ante Dei vultum, nil unquam restat inultum.

31. DIES JANVARII.

Sicut capillus de capite, sic nec momen-
tum peribit de tempore. *S. Bern. serm.
ad Scholares.*

I. **E**cce hic hujus anni mensis primus ordi-
ne, tibifors ultimus tempore, evanuit, &
cum eo dies salutis 31. præterierunt. Se-
quuntur alii, ut hi, præterituri. Itaque
sta paulisper in hujus mensis, quam premis, metā, &
de tempore labili, si tempus suppetit, hæc pauca a-
nimō recole. In hoc 31. dierum tempore, quoc
fuerunt momenta, quorum quodlibet summi est
momenti. Non peribit vel unicum momentum
de hoc tempore, sicut nec capillus de capite. Quia
pro quolibet expectandum est, si benè, præ-
mium, si malè exegeris, supplicium. Deus ergò,
sicut numerat omnes capillos capitis, sic & mo-
menta temporis. Nero extremam cùm insaniret in-
saniam, tam fuit in amanda Popæa amens, ut singu-
los capitis ejus capillos numeraret, imò singulis
nomina imponeret, quibus eos compellaret, &
de iis canticum componeret. Pectinem quoque au-
reum, quo capillos explicaret, comparavit, & si fortè
capillus de capite caderet, mox eum Nero auro in-
clusum Junoni consecrabat. Hæc fuit vecordis ho-
minis ridenda dicam insaniam, an deflenda protervia?